

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

Ca. 27.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

Poenitentia an veniam me  
reatur.

ac reprehendit, quasi ideo factum quod non auderet coram testibus flere? Debuit primum stomachum leuare, & turgidum veneno pectus exonerare, ut poenitentiae virtuti ac efficaciæ detraheret. Hinc enim colligere voluit Petrus iustificatione hac sua veniam non esse promeritum, sed paterna Dei indulgentia. Sanè nec Petrus nec alius quisquam quibuscunque lacrymis aut quacunque poenitentia remissionem peccatorum, propriè loquendo, promeretur, ut illud meritum iustitia nitatur, ipsaque remissio poenitentiae quasi merito merito respondeat; sed paterna Dei indulgentia & ex misericordia gratia quantumlibet poenitentibus peccata remittuntur. Quia tamen hæc paterna Dei indulgentia & pura gratia non nisi poenitentibus impenditur, & veniam peccatorum poenitentibus promittit Dei indulgentia, ipsaque poenitentia ad veniam consequendam necessaria dispositio est, propterea aliquo modo veniam promereri poenitentia dicitur, quatenus veniam poenitentiam consequitur. Quare à meriti vocabulo largius accepto, in via peccatorum poenitentibus data, Patres non abhorrent. Et de hac Petri poenitentia ac lacrymis quod veniam promeruerint, ita disertè & copiosè cōtra Calvinum scribit S. Ambrosius. *Lauant lacryme delictum que voce pudor est confiteri. Et venie fletus consulunt, & verecundie lacryma sine offensione verecundia confitentur. Lacryma veniam non postulant sed merentur. Inueni cur tacuit Petrus ne tam citò veria petitio plus offendere.* Ante fiendum est, super candum. *Bona lacryma que lauant culpam. Fleuit ergo amarissime Petrus, fleuit, ut lacrymis suum posset lauare delictum. Et iu si veniam vis mereri dilue culpam lacrymis tuam eodem momento, eodem tempore respicit te Christus.* Hæc D. Ambrosij verba contra Caluini venena iusti antidoti loco esse possunt.

In Lucam  
lib. 10.  
cap. 96.

## IN MATTHÆI CAP. XXVII.

3. *Videns Iudas qui cum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia ductus retulit 30. argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccanti tradens sanguinem iustum.*



*R R I P I T h̄ic occasionem Caluinus veram in Ecclesia Deipenitentiae formam ac rationem suggestandi, homo totius pietatis ac poenitentiae salutaris infusa*

infensos hostis. Si recte (inquit) de pœnitentia docerent Pa-  
pista in suis scholis, in Iuda nihil desiderari posset, in quem tota Iude pœni-  
tientia Christi definitio competit. Hic enim cernitur & cordis contri-  
tentia Christi, & oris confessio, & operis satisfactio. Vnde colligimus illos fianorum  
tantum corticem arripere, quia omittunt quod præcipuum erat, pœnitentia  
hominis ad Deum conuersionem, dum pudore & metu fractus ridiculè  
peccator sibi renunciat, ut se addicat in obsequium iustitia. comparata.

Hæc ille. Cavillator ridiculus argumētum facit, cui in scho-  
lis Catholicis vel insimus tyrunculus uno verbo statim satis-  
faceret, negando minorem propositionem. Ait enim & sub-  
sumit ridiculè, in Iude pœnitentia cerni cordis cōtritionem,  
& cætera requisita, quæ in illa cerni nec probat, nec probare  
vñquam poterit. Sed hic est Caluini ludus in Scripturis de-  
prauandis, & in dogmatibus Catholicis vellicandis. Ponit &  
affirmat aperte falsa, veluti de fide certa aut aliqui eviden-  
ter vera. Moxque ex aperte falsis, nec vel minimo verbo con-  
firmatis, omnem quam vult falsitatem fortiter & copiosè  
concludit. In Iude nulla fuit cordis vera contritio, nulla oris  
legitima confessio, nulla etiam satisfactio, qualis in scholis  
Catholicis docetur. De cordis contritione sic docere Calui- *In Lucanum*  
num S. Ambrosius potuit. *Habebat lacrymas Petrus, quas pio lib. 10.*  
fundebat affectu; non habebat proditor fletus quibus culpam *cap. 96.*  
ablueret, sed tormenta conscientia quibus sacrilegium fatere-  
tur. Docet & verè docet non cordis contritionem, sed con-  
scientia tormentum in Iude fuisse. An nescit Calvinus lacry-  
mas Esau, *in quibus pœnitentiam non inuenit, à vera cordis* *contritione discernere?* Non ex corde contrito & spiritu hu-  
miliato propter Deum offensum, sed *ex animo iracundo &* *spiritu superbo propter primogenitaram amissam, lacrymæ*  
Esau processerūt, vt eo in loco latius dicetur. Sic à vera pœ-  
nitentia hanc Iude carnificinam discernere debuit. *Quod &* *vox Græca diuersa eum docere potuit. Quod enim pœnitentia* *ductus dicitur, non est Græcè μῆτενθεῖς, quo verbo veri*  
*pœnitentes cum resipiscientia coniuncta in Scripturis desi-  
gnari solent, sed μῆτενθεῖς, quod simplicem animi muta-* *tionem notat, & quidem talem, iuxta Bezam, quæ peccati* *Annot. in*  
*merces & iter ad desperationem. De quo quippe prius ex au-* *Alt. cap.*  
*titia gaudebat, de eo nunc ex conscientia cruciatu torquetur* *i. 31.*  
& dolet: nec propter Deum offensum aut amantissimo Do-  
mino iniuriam factam, sed propter facinoris sui turpitudine,  
quæ vel inuito se ingerens eum quiescere non sinebat. Oris  
confessio vel satisfactio, qualis in scholis Catholicis docetur,

mul

multo minus in Iuda videtur. Confessio quippe quæ pars ponitentiaæ est, non nisi legitimo Dei ministro & iurisdictione habenti, idque animo absolutionis impetranda, iuxta scholas Catholicas, fieri debet: quorum nihil in Iuda locum habuit. Satisfactio similiter non simplex est restitutio rei alienæ aut turpiter acquisitæ, quamlibet hinc solum Iudas exercuit, & quæ ex natura rei debetur; sed est præterea aliqua certa pena legitimè iniuncta, qua vel Deo & Ecclesiæ satisfiat, vel ipsi ponitenti medicinæ in modum subueniatur. Iudas igitur nulla planè ex parte illam poenitentiam egit, quæ in scholis Catholicis docetur.

*Putida  
Caluini  
calumnia.*

Iam quod addit Caluinus, omitti à Catholicis quod precipuum erat, hominis ad Deum conuersionem, dum pudore & mutu fractus peccator in obsequium iustitiae se addicit, putida calumnia est, quam quælibet anicula Catholicæ mendacij argueret. Omnes enim, qui poenitentiam Catholicam aggrediuntur, hoc omnium esse primum intelligunt, ut de peccatis patetis odio concepro, & emendationis proposito firmiter apprehendo, per veram cordis contritionem ad Deum se conuentant, & ad melioris vitæ studium serio se accingant. Sed nisi mentiendo cauillari Caluinus non potuit: ideoque mentiri necesse illi fuit, qui quoquo pretio cauillari voluit.

46. Circa horam nonam clamauit Iesus voce magna:  
Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

*Satanica  
Caluini doctrina de Christi passione infernabili.*

**H**oc in loco infernalem verèque Satanicam doctrinam suam de maledictionis & itæ diuinæ metu atque horrore, quem Christum in animo concepisse blasphemavit Caluinus, confirmare nititur. Quanquam ( inquit ) apparuit plus quam humanus vigor in Christi clamore, certum tamen est vehementia doloris illi fuisse expressum. Et certè hic precipuum fuit conflictus & omnibus alijs tormentis durior, quod in suis angustijs adeò levatus non est Patris auxilio vel favore, ut se quodammodo alienū sentiret. Neque enim corpus solum in primum nostrum cum Deo reconciliationis obtulit, sed in anima etiam pertulit debitas nobis poenas: atque ita verè factus est vir dolorum, sicut Esaias loquitur. Et verò nimis insulsi sunt qui habent redemptionis parte posthabita, tantum in externo carnis supplicio insistunt. Quod in hoc impi sermone partem redemtionis nostre extra corporalem Christi mortem Caluinus ponit, & debitas nobis poenas in anima quoque Christum penitentiam.

per tulisse affirmat, quām ab eo impiè, sceleratè, & à diuinarum Scripturarum veritate abhorrener dictum sit, in parte quadragesimali Prōptuarij nostri Catholici accuratè ostendimus. Nunc ut de textus nostri propria intelligentia contra eius horrendas corruptelas disputemus, ea explicatione prætermissa, reliqua adhuc audiamus quæ eò propriè pertinent. Nam (iheruit) ut pro nobis satisfaceret Christus, reum ad Dei tribunal sibi oportuit. Nihil autem magis horribile quām Deū sentire iudicem, cuius ira mortes omnes superat. Ergo quum species tentationis Christo obiecta est, quasi Deo auerso iam esset exitio deuotus, horrore correptus est quo centies cuncti mortales fuissent absorpti, ipse autem mirifica Spiritus virtute victor emersit. Nec verò ficte vel theatricè conqueritur se à Patre relictum. Nam interior animi mœstitia vi & ardore suo eum coègit in clamorem erumpere. Nec tantum ocularis fuit redemptio qua defunctus est; sed ut se vadem pro nobis obtulerat, verè Dei iudicium subire loco nostro voluit. Vult Caluinus in his verbis, Deus, Deus meus, quare me dereliquisti? Christum ve-  
ra & vehementi temptatione correptū fuisse, quasi Deo auerso iam esset exitio deuotus, & quod interior animi eius mœstitia vi & ardore suo eum coègit in hunc clamorem erumpere. Hic est ergo ille timor maledictionis & ira Dei, quem in sua pesti-  
lenti institutione Christo attribuit. Hæc est illa formidabilis 2. cap. 16.  
abyssus quæ sensit se à Deo derelictum & alienatum: & de qua num. 11.  
subiunxit ibi Caluinus, Christum eò fuisse deiectum, ut coactus fuerit urgente angustia exclamare, Deus, Deus meus, &c. Expendamus nunc hoc torum, quid & quale fuerit.

Primum in eo nefariè errat Caluinus, quod tum hoc in loco, tum in sua institutione, ait Christum vi mœstia & vi-  
gente angustia coactum in hunc clamorem erupisse. Verba enim ista animo penitus sedato & composito pronunciauit, nec ullus vel mœstia vel timoris motus in Christo ratione eius præuenit, sed hos affectus humanos veros & vere in se suscepit pertulique, non ut nos inuoluntarios aut ut hic Caluinus dicit, coactos, sed penitus liberos, quando & quomodo & quoties voluit, ut aliis in locis contra Calunum ostendi-  
mus, idéoque hoc loco non repetimus. Hæc igitur verba, <sup>suprà cap.</sup> 25. 39.  
Deus, Deus meus, &c. nec ex aliqua noua angustia eum co-  
gente, nec ex propria angustia aut mœstia tunc primum in-  
uenta vel extorta, sed olim de eo propheticè prædicta usur-  
pat. Tota eam hæc oratio seu exclamatio præmeditata &  
præcognita illi fuit, ut ipsa mors, passio, omnésque eius cir-  
cunstan-

Inferia 4  
hebdoma-  
da sancta.

cunctantiae fuere. Hic ergo primus Caluini fœdus error, quod  
has voces vi doloris coactum emisisse Christum arbitratur.

Alter & multo grauior error est, quod illa verba ex tenta-

*Cur in cru-*  
*ce Christus*  
*exclama-*  
*mito.*

tione illi obiecta, quod à Deo desereretur, quod exitio denouen-

tur, quod Deus illi irasperetur, Christum protulisse affirmat.

solum his verbis Christus dicere & ostendere voluit, humi-

nam suam naturam sibi fuisse derelictam, absque consolatio-

nē diuinitus ei impetrata: ut videlicet omnes intelligerent

quantum in corpore veri doloris & pœnarum pro humano

genere perfecter. Non timet ullam vel minimam à Deo quod

ad animæ statum derelictionem, sed negatam præsentibus

corporis pœnis consolationem his verbis expressit: idquod

ideo, ut notum faceret quare oportuerit eum non erui, non

defendi, sed saeuentium manibus derelinqui; hoc est, Salu-

torem mundi fieri & omnium redemptorem non per misericordiam,

sed per misericordiam; nec amissione auxiliū, sed definitione mi-

riandi, ait B. Leo. Certum est, multos martyres in mediis po-

nis tanta diuinitus consolatione perfusos fuisse, ut illa conso-

latio omnem propemodum doloris sensum illis eripuerit.

Noluit hac consolatione frui Christus. Volut sic ut omnes

contumeliam & ignominiam, ita omnem corporis dolorem

& cruciatum perpeti, qui in id genus mortis cadere potuit.

Vt autem hos dolores vere cum pro nobis pertulisse, & qua-

ti Christo nostra salus constiterit, omnes in eum creditur

intelligeremus, hanc dolorum suorum acerbitudinem & nega-

tam interius consolationem his verbis expressit.

*Metus de-*  
*religionis*  
*divina in*  
*Christum*  
*cadere non*  
*potuit.*

Quomodo vero cuiquam credibile esse potest, diuinæ me-

ledictionis aut desertionis vel minimam suspicionē in Chi-

stum (quum hæc diceret) cadere potuisse, quum non solus

antea sponte hostibus occurrerit, magna animi securitate eos

allocutus fuerit, sua potestate prostrauerit, Petrum passionem

eius impedire volentem acriter increpauerit, 12. legiones

Patrem se impetrare posse confidenter dixerit, accusatoribus &

persecutoribus suis venturum se in maiestate pronunciavit,

fleentes mulieres consolatus vltiones futuras prædixerit

(qua verba testantur, ait ipse Caluinus, quam excelsa animi

fortitudine præditus fuerit, quia sic loqui non poterat, nisi con-

stanter & intrepidè ad mortem pergeret) verum etiam eden-

ferè temporis momento, & pro crucifigentibus eum Patrem

oraret, & latroni paradisum promitteret, & matrem discipulo

commendaret, & statim post hæc verba, dicto, *Sitio*, quo

etiam mystice dicebat, & aceto potatus, sciens quia omnia

Serm. 17.  
de Pass.

iam consummata essent, ideoque dicens, *Consummatum est,*  
*Patri commendans spiritum suum, expirauerit?* Nonne omnia  
 in Christo quae haec eius verba, *Deus, Deus meus, &c.* pre-  
 ceperunt, ac sequuta sunt, animi sedati, imo animi diuini &  
 Filio Dei digni verba fuerunt? Pro crucifigentibus orare,  
 misericordiae sedatissimae fuit. Latroni paradisum promitte-  
 re, diuinæ potestatis fuit. Matri curam habere, animi cōpo-  
 sti minimæque turbati fuit. Cetera subsequentia verba, *Sitio,*  
*Consummatum est, Pater, in manus tuas, &c.* quā vel minimā  
 habet timoris, formidinis, aut perturbationis speciem? Ergo  
 morti proximus *inconsideratum verbum protulit,* & vox illi  
 desperationis elapsa fuit? Sic enim ait Caluinus, ut mox vide-  
 bimus. Nunc id tantum dicimus & vrgemus, nullum iræ di-  
 uinæ aut maledictionis metum Christum in his verbis con-  
 cepisse. Quod nunc pressius contra nefandam Caluini im-  
 pietatem, ipso Christo donante, ostendemus.

Si Christus in cruce dicens, *Quare me dereliquisti, ullam*  
*Dei iram, maledictionē, iudicium vel ad momentum timuit;*  
 quomodo verum est quod in eius persona & de eius futura  
 passione Scriptura dicit? *Prouidebam Dominum in conspectu*  
*meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear.* Propter  
 hoc letatum est cor meum, & exultauit lingua mea: *insuper &*  
*caro mea requiescat in spe, quoniam nō relinques animā meam*  
*in inferno, nec dabis sanctū tuum videre corruptionem.* Omnia  
 hac de Christo, eiusque passione, morte, resurrectione dici  
 D. Petrus in Actis nos docuit. Si ergo Christus patiens Deum  
 semper in conspectu suo habebat, qui illi à dextris esset ne  
 commoueretur; quomodo Dei maledictionē timuit? Dico si  
 semper, ut Scriptura dicit. An non aduersa fronte cum Scriptu-  
 ris pugnat Caluinus, Christumque Redemptorem nostrum,  
 in quo Patri semper bene complacuit, scđissima & atroci inju-  
 rīa conspurcat? Quomodo verum esse potest quod Christus  
 dixit, *ego præcepia Patris mei seruavi, & maneo in dilectione*  
*eius, si (quod Caluinus dicit) iram & maledictionem Dei ti-*  
*muit, & vox illi desperationis elapsa est?* Si præcepta Dei sem-  
 per seruavit, certè iram Dei timere nō potuit, nisi etiā Deum  
 quoque iniustum Caluinus singat, ut Christum desperatione  
 tentatum prober. Rursum si mansit semper Christus in dilec-  
 tione Patris, quomodo eius maledictionem timere potuit?  
 An forte quem Deus diligit, ei etiam maledicere & irasci po-  
 test? Aut qui Deum diligit, eum sibi irascentem & auersum  
 poterit vñquam sentire? *Quæ magis pugnantia dici aut co-*

T

gitari possunt? Et tamen aut hæc pugnantia dicere, aut con-

Scripturis pugnantia docere Caluinum necesse est.

*Caluini  
effugia in-  
antisima.*

Caluinus ut tantæ rei indignitatem tamque horrendam in-  
Christum blasphemiam non nihil attenuet, & aliquo modo  
probabilem reddat, hoc fuso vritut. Sciendum, inquit, est, ut  
lelm fuisse temptationem ex doloris & metus sensu, que cum fide  
non pugnaret: quia se quasi derelictum à Deo sentiens, ne tan-  
tillum quidem deflexit à bonitatis eius fiducia. Et hoc in loco,

*In Matth.  
cap. 27.  
ver. 46.*

propostra sibi hac obiectione, absurdum videri Christo elay-  
sam esse desperationis vocem: Solus (inquit) facilis est, quam  
quam sensus carnis exitium apprehenderet, fixam tamen si-  
tisse fidem in eius corde, qua Deum praesentem intuirius est,  
de cuius absentia conqueritur. Quare nihil obstat quo minus  
Dei alienationem mente conceperit Christus, prout sensus da-  
bitabat, & simul fide retinuerit Deum sibi esse propitium.  
Hanc quoque euasionem probare vult ex ipsis illis verbis,  
ex quibus hunc diuinæ maledictionis metum probare con-  
atur. Quod satis clarè patet ex duobus querimonie membris.  
Nam antequam temptationem exprimat, prefatur se ad Deum  
confugere tanquam Deum suum (dicens, Deus meus, Deus  
meus) atque hoc clypeo fiduci fortiter repellit illam, que se in  
opposito ingerebat, derelictionis speciem. Denique in hoc an-  
cruciatu illa fuit eius fides, ut se relatum esse deplorans, pre-  
pinquo tamen Dei auxilio consideret. Hæc ille. Sed totus his  
fucus totaque euasio quam variè futile sit, attendat lector.  
Primum verba illa, Deus meus, Deus meus, sicuti Caluinus  
do cœuiunt, fiduciam Christi (quam ille fidem impropriè vo-  
cat) sterile semper illæsam, ita etiam docere debuerunt, nullam  
illuc fuisse derelictionis diuinæ temptationem, nullam de-  
sperationis vocem. An non enim multo facilius est, Christus  
que puritati convenientius, totam Christi orationem tan-  
breuem, tam succinctam, sibi similem & conformem facere,  
sanctaque fiducia, quo ad Dei in eum bonitatem plenam &  
derelictionem de qua loquitur, ad instarem mortem referre  
à qua Christus naturaliter hic abhorrebat, sicut in honore  
quam ad iræ & maledictionis diuinæ metu? Hæc enim de-  
optimè consistunt, ut manente fixa & immobili diuinæ boni-  
tatis fiducia, siue Christus, siue aliquid membrū eius tempo-  
ralem mortem naturaliter refugiat, aut aliquid aliud malum  
pœnale. Sed manente bonitatis diuinæ fixa fiducia, ut eiusdem  
bonitatis metus & diffidentia in aliquo oriatur, etiam quousi  
boni, nedium in Christo, non magis possibile est, quam vi-  
manent

manente feruido calore aliquis frigeat. Fixæ quippe fiduciaz  
(quam in Christo manere Caluinus ponit) non minus repu-  
gnat iræ & maledictionis diuinaæ metus, quam feruido calor  
quodlibet frigus Maluit tamen Caluinus sensum in illis ver-  
bis penitus pugnante statuere, quācum omnium fide-  
lium consensu sensum verbis conformem agnosceret.

Deinde non satis est agnoscere in Christo firmam & fixam  
diuinæ bonitatis si lucia n. à qua, vt Caluinus nunc dicit, nec  
tantillum quidem deflesit, sed etiam talem qua tentari aut  
commoueri non potuerit. At enim disertè de seipso Christus. *Motus*  
*Ad exterrit mihi Dominus est, ne commouear.* Non fuit ergo in *diffidentia*  
eo genere ne tentatus quidem. *Nullam Dei alienationem in Christo*  
mente concepit Christus, vt hic loquitur Caluinus. *Talis cadere non*  
quippe alienatio mente concipi sine motu mentis quomo-  
do potuit? At ne commotus quidem fuit, vt Deum à te alien-  
num aliquando cogitaret. Scripturæ igitur diuinæ manifestè  
repugnat impium Caluinii commentum, sicuti cum seipso  
pugnare prius docuimus.

Imò ait Caluinus, *Spiritus Dei hac duo simul cœciliat, Chri-*  
*sum fuisse tentatum per omnia sicut nos, & tamen absq; pecca-*  
*to. Atqui Scripturam depravat, & textum corrūpit. Non enim*  
dicit Paulus Christum tentatum per omnia, sicut nos, quasi  
etiam virtuosos affectus haberet & desideria prava sicut nos,  
sed Paulus dicit, *pro similitudine sive iuxta similitudinem, vi-*  
*delicet carnis peccati, vt alibi dicit, Filium suum mittens in*  
*similitudinem carnis peccati, non autem iuxta similitudinem*  
nostram, vel sicut nos. Quæ duo plurimum differunt. Chrtstus *Tentatio-*  
enim habuit tentationes quæ similitudo carnis peccati pro-  
ferte potest, sed non quas caro peccati (qualis nostra est) pro-  
ferre solet. Ideò Paulus adiecit *absque peccato, id est, absque*  
illis temptationibus quæ ex peccato nascentur. Metus ita diu-  
næ & maledictionis Dei (qualem hic ponit Caluinus) est ten-  
tatio propria carnis peccati, & hominis in peccatis nati, adeo-  
que veri peccatoris. Non enim nisi peccatis irascitur Deus,  
nec iram Dei sic timet iustus. Metus mortis & aliorū poena-  
lium cadere potuit in similitudinem carnis peccati, quia sine  
peccato, naturali tantum voluntate, illa refugiuntur. Sic hic  
locus adeò Caluinum non iuuat, vt eum perspicue refutet.  
Ponit enim in Christo temptationes similitudinis carnis pec-  
cati, & negat in eo temptationes carnis peccati, quæ non sunt  
nisi ex peccato.

Præterea si in illis verbis in Cruce prolatis, *Quare me de-*

*Instit. lib.*

*2 cap. 16.*

*num. 12.*

*Heb. 4.*

*Rom. 8.*

reliquisti, Christus ne tantillum quidem à diuina bonitate  
ducia deflexit, Christi fiducia in Deum fixa & illæsa permanens,  
si Deum præsentem intuebarur, & fide semper retinuerit Deum  
sibi esse propitium, denique fides Christi minime fuit concusa,  
sed suo loco semper inuicta stetit (quæ omnia Caluinus dicit  
quomodo vera sunt illa alia portentosa eius verba, Chi-

Instit. li. 1.  
cap. 16.  
num. 10.  
§ 11.

Iustum diros in anima cruciatus damnari ac perditæ homini  
pertulisse, cum inferorum copijs aeternaque mortis horrore quæ  
consertis manibus luctatum fuisse, formidabilem illam aby-  
sum ingressum esse, quæ se à Deo derelictum & alienatum sen-  
tiret, idque perinde ac si in ipsius perniciem Deus confirasset  
denique sceleratorū pœnas omnes quæ ab illis expetenda erant  
persoluisse, hoc uno excepto, quod huiusmodi doloribus tene-  
non poterat? Quoisum hæc tam tragica verba, si totus illi  
quem fingit diuinæ maledictionis metus & concepito, si  
momentanea imò sic nulla erat, vt fiduciam diuinæ bonita-  
tis nunquam amiserit, vt reuera Deum sibi iratum non  
muerit, vt eum semper præsentem, sibique propitium, fixa &  
illæsa fide tenuerit? Quām sunt hæc secum pugnantia, quām  
absurda, quām ridicula! Sed hæc est consueta & ordinaria  
Caluinii partim impietas, partim impudentia. Vbi summa  
imprietatem euomuit, eam summa impudentia rursum ne-  
gat. Denique vbi in Christum Dei ore sacrilego dixit quæ  
cunque scelerato animo collibitum fuit, nunc istis exceptio-  
nibus atrocem suam blasphemiam colorare & obscurare nit-  
tur. Quod re ipsa perinde est ac si quis vbi narrauisset ali-  
quem esse mentitur, esse calumniatum fratres, infidelem &  
blasphemiam euasisse (quibus ut per se malis semel admissis  
nulla moderatio affectuum medeatur ut non sint peccata  
adliceret; sed ita tamen ut ne tantillum quidem à Dei man-  
datis deflexerit; ut charitas nihilominus & fides, totaque  
veritas, fixa in eo atque illæsa permanescant: nisi quod siud  
tanto sceleratus, & magis ridiculum est, quanto filius Dei  
homini peccatori præstat.

Instit. li. 2.  
cap. 16.  
num. 8.  
& 10.  
In Anno-  
tat. in  
Luc. c. 22.  
ver. 44.

Sed an ista consistere queant adhuc expendamus magis  
Hic enim confititus in Christo animæ cruciatus tanq; à Cal-  
uinio eiisque sectatoribus sit, vt eo præterito, multū ex mor-  
tis Christi fructu deperire, imò vt in eo, Redemptionis nostræ  
premium maius atq; excellentius esse, affirmet Caluinus, quæ in  
morte & sanguine Christi; vt Beza etiā scribat, in eo possum  
esse nostræ pacis & cum Deo reconciliacionis summam. Expen-  
damus igitur adhuc nonnihil doctrinæ huius Caluinianæ  
summam

summam & extremā impietatem. Christus (ait Calvinus) cum  
eterna mortis horrore cōfixit: diros cruciatus damnati & per-  
diti hominis sustinuit. Scelerorum pœnas omnes persoluit, ex-  
cepto quod aeterna non erat. Mortem que ab irato Deo sceleratis  
infigitur, perpeccus est. Examinemus paululum hæc singula. <sup>Pœnam</sup>  
Horror aeternæ mortis & pœna hominis damnati, includit <sup>infernale</sup>  
essentialiter desperationē salutis, sicut beatitudinis præmium  
<sup>Christus</sup>  
<sup>non subiit</sup>  
includit certitudinem salutis nunquam amittendæ. Si ergo  
damnati hominis cruciatus sustinuit Christus, profectò non <sup>In Matth.</sup>  
solùm desperationis vocē emisit, nec sola species tentationis ei cap. 27.  
obiecta est, quasi Deo auero iam esset exitio deuotus, sed ipsa  
desperatione laborauit, & de salute sua, quod in horto & in  
cruce illa verba diceret, desperauit. Sanè ad illa apud Marcum  
verba, *Omnia tibi possibilia sunt*, ait Calvinus, *Christum, quia*  
*nihil erat spei, ut in rebus deploratis fieri solet, in Dei virtutem*  
*sereiecisse*. Si nihil erat spei in Christo, desperauit igitur. De-  
inde si sceleratorū pœnas omnes, excepto quod aeterna non erant,  
in anima persoluit, ergo & ignem illum infernalem sensit de  
quo Christus dixit, *Ite maledicti in ignem aeternum, qui para-*  
*tus est Diabolo & angelis eius, hoc uno dūtaxat exceptio, quod*  
*ille ignis Christo aeternus non fuit*. Hæc est enim propria  
pœna sceleratorū aeterna. Rursum si mortem Christus pertulit,  
qua ab irato Deo sceleratis infigitur, ergo mortem secundam,  
qua propriè stipendiū peccati est, propter quod propriè Deus  
irascitur, pertulit. At illa propria est damnatorum pœna. Om-  
nino (ait Calvinus) talem pertulit, quia in locum illorum tan-  
quam sponsor & vas instar rei submissus est. Quod & hoc loco  
ait: *Non tantum ocularis fuit redemptio, qua defunctus est*  
*Christus, sed ut se vadē pro nobis obtulerat, verè Dei iudicium*  
*subire loco nostro voluit*. Hæc ille. At vnde hoc tandem, pro-  
phanum & inauditum in Ecclesia Dei verbum, accepit Cal-  
vinus? *Hoc* (inquit) significat Propheta in illis verbis: *Discipli-* <sup>Ezai. 53.</sup>  
*na pacis nostræ super eum, percussus est propter scelera nostra,*  
*attritus propter infirmitates nostras*. Atqui hoc torum de po-  
nis quas sustinuit Christus in corpore suo super lignum, in-  
tellexit semper Ecclesia Dei. An non sic Apostolica Scriptura  
aperre nos docuit? *Mortuus est* (ait Paulus) *propter delicta no-* <sup>1. Cor. 15.3.</sup>  
*stræ iuxta Scripturas*. An non docet hic locus Scripturas pro-  
pheticas, qua de Christi pœnis loquuntur, eas designare <sup>Christi</sup>  
pœna om-  
nes corpora-  
reas in  
<sup>Com ad</sup>  
in hunc Pauli locum inter alias Scripturas qua Christum  
pro peccatis nostris moritum prædicunt, etiam hunc *Ezai. 53.*

locum ponit: móxque addit, mortem Christi fuisse sacrificium  
pro expiandis peccatis nostris, fuisse pœnam satisfactoriam pri-  
quam Deo reconciliaremur, fuisse unius damnationem ad im-  
petrandam nobis absolutionem. Ut quid ergo impius Calvinus  
tam aduersus Scripturas. quæ in aduersus seipsum, nunc manu  
'corpore a Christi nihil actum esse affirmat, & Scripturam, quæ  
de morte Christi corporea, & cruciatibus circa illam corpo-  
reis aperè loquitur, ad animæ desperantis vel de salute so-  
dubitantis ac dissidentis, a dñani hominis pœnas & æternæ  
mortis horrorem, impie trahit? Nónne Scriptura illa proph-  
etica, ut non nisi de pœnis corporeis seruonem illuc fieri in-  
telligeremus, totâ illam prophetiam his verbis concludit, Et  
liuore eius sanatis sumus? Liuor aurem iste quis dubitat quia  
corporeus fuerit, quem tot flagella, alas & spinea corona, cu-  
cis baiulatio, ac demū pretiolis sanguinis et pœna effusio pe-  
peterunt? Deinde nōne D. Petrus quasi hunc Esaiæ locu-  
ponens ostendit percussione illam de qua Propheta loquitur  
ad corpus Christi pertinere? Peccata (inquit) nostra ipse per-  
tulii in corpore suo super lignum. & paclè post. Cuius liuores  
nati estis. Quod Esaias dixit, Verè languores nostros ipse tulit  
& dolores, nostros ipse portauit, vulneratus est propter iniqui-  
ties nostras, attritus est propter sceleræ nostra, h. c. totum expi-  
cauit Petrus in corpore Christi super lignum pœnae summa  
Vnde & Calvinus ipse in hunc locum Petri fatetur, ex Esaiæ  
qui pluribus viuit loquendi formis, cuius doctrinæ summa  
Petrum sumpsisse. Et addit Calvinus, tota Esaiæ sententia con-  
merata, idem exprimere voluisse Petrum hoc verbo, Super lignum  
Nempe hac lege nos fuisse Deo reconciliatos, quia apud eum in  
bunal Christus se vadet ac reum pro nobis constituit, ut pœna  
solueret cui obstricli eramus. Hæc ibi Calvinus, suam hoc locum  
impieat ore proprio pœpicuè damnans. Si enim Christus  
iuxta Esaiæ sententiam, quam Petrus expressit, constituit  
vadet ac reum pro nobis apud tribunal Dei, quatenus pœ-  
cata nostra pertulit in corpore suo super lignum, quæ est sen-  
tentia Petri; mendax & blasphemus Calvinus est, qui in eisdem  
Esaiæ verbis significari affirmat, Christum sic ad tribunal Do-  
minus fore ac vadet, adeoque & instar rei submissum esse in loco  
sceleratorum, ut cum inferorum copiis æternæq; mortis horro-  
re quasi consertis manibus configens, damnati & perditæ homi-  
nis pœnas omnes, excepto quod æterne esse non poterant, perfec-  
uerit: sed que non iam in corpore super lignum, sed in anima ad-  
huc crans in horro, iram ac maledictionem diuinam timens, &

1. Pet 2.

Calvinus  
ex seipso  
refutatur.

in ipb  
ma fo  
num  
firaf  
fa, sec  
ficate  
vino  
randi  
ptuan

19.

doce  
clesia  
uare  
clesia  
crim  
non e  
nihil  
nati  
cendi  
perbo  
colleg  
cura  
rūm  
diun  
deat  
lector  
chia  
in E  
quis  
men  
verb  
deg

in ipso crucis ligno non tantum in corpore, sed etiam in anima formidabilem illam abyssum sentiret, derelictum & alienatum se à Deo esse, idque ad eō quasi in eius perniciem Deus conservasset. Hæc teterima verborum monstra, non solum diuersa, sed planè cōtraria illis sunt quæ Esaiam Prophetam significare Caluinus voluit, si tamē Petro & Paulo plusquam Calvino credimus. Sed si ita singula examinemus, nullus refutandi finis erit. Reliqua vide in parte quadagesimali Promptuarij nostri Catholici, in feria quarta hebdomadæ sanctæ,

## IN MATTHÆI CAP. XXVIII.

19. Euntes ergo docete omnes gentes: docentes eos servare omnia quæcumque mandaui vobis.

**V**VM hæc Christi verba Ecclesiæ magisterium & amplissimā docendi potestate, cui propere docenti, cæteri obedire debeat (vt quid enim docetur quod nemo audire, cui nemo obedire tenetur?) perspicue doceant; spurius & rebellis Caluirus, pro eo quod Matri Ecclesiæ autoritatē non secus necessariā quam legitimā obseruare & lectori commendare debuerat, insurgit ipse contra Ecclesiam, & pecculcis calcibus eam verberans, acerbam in illam criminacionem instituit. Hinc (inquit) discamus Apostolorum Ecclesia non esse inanem honoris titulum, sed operosum munus, ideoque Catholicæ nihil magis esse absurdum vel minus tolerabile quam ut sibi lar- falso crim natio. uati homines usurpent hunc honorem, qui oriosè regnantes do- cendi munus à se reiciunt. A Papa Romano eiusque cohorte superbe successio hac inactatur, quasi communem cum Petro & eius collegis personam sustineant. Interim doctrina nihilo maior illis cura est quam Lupercis vel Bacchi & Cereris sacerdotibus. Verum qua fronte, obsecro, in eorum locum se subrogant, quos audiunt creatos fuisse Euangelij pracones? Sed quamvis eos non pudeat impudentiam suam prodere, tamen apud omnes sani iudicij lectors hoc uno verbo valide prosternitur futilis eorum hierarchia, quod nullus Apostolorum successor esse potest, nisi qui suam in Euangelij prædicatione operam Christo impedit: Denique quisquis doctoris partes non implet, perperam nomen Apostoli mentitur. Imo hoc noui testamenti sacerdotium est, spiritualiter verbis gladio homines in sacrificium Deo mactare. Unde sequitur, degeneres esse & commentitios omnes sacrificios, qui non sunt ad